

vestre dedit. villas etiam quas hedificastis magnam macho-
meriam videlicet et parvam. *et hec sunt.* et alias omnes quas
hedificaturi estis ubi latini habitabunt. cum ecclesiis et omni
integritate ius[titie] et iuris parrochialis. Item Thecue cum
omnibus pertinentiis suis. et ecclesiam quaramene (?) cum
pertinentiis suis Geladium. et terram quam emistis a Io-
hanne Gomano. et omnia casalia cum pertinentiis eorum
que emistis ab dugone deo hybellino. Ecclesiam sancti Pe-
tri in Ioppen cum bonorum et dignitatis sue integritate
quemadmodum eam quiete nunc possidetis. et decimam
quam recipitis in toto comitatu illo a rege. et a religiosi-
s hominibus et ab omnibus *christianis*. Quicquid etiam ha-
betis apud Ascalonam. et in confinio eius. Quicquid iuris
habetis sub potestate et dominio domini de Arsur. Apud
Cesaream et in toto Archiepiscopatu eius. Castra in [Ni-
copol]li. *Domum iuxta Caiphas. Gebul Leeara. Cuncta etiam.*
que in toto Archiepiscopatu Nazareno. et in Acconensi
episcopatu. atque in toto Tyrensi Archiepiscopatu. et om-
nia nichilominus que in universo patriarchatu et regno Iero-
solimitano rationabiliter possidetis. vel possessuri estis.
Item quicquid.s apud montem *peregrinum* in epi-
scopatu *Tripolitanensi. et in* Antiochia [et in] patriarchatu
eius habetis. vel [in posterum] *deo donante* [legitime] . . .
. es omnes possessiones regno
. cilia Calabria et in lettum ¹ ecclesiam
sancti sepulcri et sancti laurentii. Apud B[rundusium] . .
. cum omuib[us] pertinentiis suis. Apud *venu-*
siam ecclesiam sancte Marie cum omnibus pertinentiis suis.
Ecclesiam sancti Iohannis de Nemore cum pertinentiis suis.
Apud T[arentum] ecclesiam sancti Costantini] cum perti-
nentiis suis. Apud montepilosum ecclesiam sancte Marie

¹ Il Prologo lesse: *Et Sicilia apud Barulettum* Ma l'*apud* e il *Baru*
sono scomparsi totalmente. Della *elle* a riflesso di luce si legge la parte
inferiore.